

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - III, 08 : De Rhadamantho](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 08 : De Rhadamantho

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[24\] : De iudicibus inferorum](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 08 : De Rhadamantho](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 09 : De Rhadamanthe](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 08 : De Rhadamanthe](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination66r°-66v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Rhadamante](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ἔτι δὲ, ἵνα τὰ ἀποδίκια τὰ δὲ ἰσχυρῶς, ἵνα δὲ ἐν τοῖς ἀδίκαις, αὐτῶν ἐπὶ τῶν δίκων, ἵνα δὲ ἐν τοῖς ἰσχυρῶς, αὐτῶν. Ego sane vel vobis prior cum hæc ipsa cognouerim, filios meos iudices iussitui, duos quidē ex Asia Minoem ac Rhadamanthum; vnū ex Europa Aeacum. Atque ne omnia hic ascribam, eorum quæ sequuntur hæc est sententia: hi ergo postquam mortui homines eò accesserint, iudicabūt in prato, & in triuis, ex quo geminæ procedant viæ, altera ad Tartarū, altera ad insulas beatorum. Asiaticos Rhadamanthus; eos vero, qui ex Europa accedent, Aeacus iudicabit. Minoi illud erit muneris, vt siquid fuerit ambiguum diiudicet, vt quā iustissimum fiat iudicium, ac legitimè in posterum animæ demittantur. Hæc sunt illa, quæ traduntur de Minoe inferorum iudice ab antiquis, quæ spectant ad id, de quo agitur, negotium. Nunc de reliquis iudicibus transigamus.

10

De Rhadamantho . . . Cap. VIII.

Rhadamanthum etiam Ionis Aslerii & Europe filium ob singularem prudentiam & æquitatem animarum fuisse iudicem antiqui scriptores tradiderunt. Hunc aiunt omnium hominum suæ ætatis fuisse temperantissimum, cuius temperantiam admiratus Theognis, hæc de illo cecinit;

20

*αὐτὸν δὲ τρυφραμένον μὴ ἔχειν ἰσχυρὰ κτήνη, καὶ αὐτῶν.
Πλάτωνα δὲ δόξα ἀφ' ἧλίου στέρφου.*

Quorum carminum sententia hæc est.

Non tibi si ipsius temperantia sit Rhadamanthi,
Pluraque cognosceas Aeolide Sisypho.

Fuerunt enim, vt constat, legumlatores Cretensium antiquissimi, viri optimi ac iustissimi; inter quos hi dicuntur excelluisse. Erat Rhadamanthus præfectus inquirendis criminibus præcipuè, quæ quis in vita commisisset, vt testatur Virgilius lib. sexto;

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna.
Castigarque, auditque dolos, subigitque fateri
Quæ quis apud superos furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.

30

Hic & Aeacus virgam tenere solebant dum iudicarent, vt scripsit Plato in Gorgia. Memorix prodidit Cicero lib. primo. Tusculanarum Disputationum, quod dixit & Plato in Socratis Apologia, non hos solos fuisse iudices apud inferos, sed etiam Triptolemum iis fuisse additum. Sic enim scribit Cicero: id multò iam beatius est, te, cum ab iis, qui se iudicum numero haberi uolunt, euaseris, ad eos venire, qui verè iudices appellètur, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum, conueniteque eos, qui iuste & cū fide vixerint. Rhadamanthum tamen exulem è patria profugisse scribit Isacius, quia fratrem suum interfecisset; ita enim inquit;

40

ἵνα δὲ τῶν ἀδίκων ἐπιπέσειν ἐν τῷ ἔργῳ, ἵνα δὲ ἐν τῷ ἔργῳ, ἵνα δὲ ἐν τῷ ἔργῳ, ἵνα δὲ ἐν τῷ ἔργῳ. Post Amphitryonis mortem profugit Rhadamanthus, quia fratrem occidisset, è Creta: atque in Ocaleam Ægouæ ciuitatem profectus Alcmenam duxit uxorem. Illud est proprium virtutis, vt viri boni patriam vbi que inueniant; neque vllus est locus honorificus, quin pateat virtuti: quare qui se in aliquem locum, vt propriam patriam includendum putat; aut qui, nisi vbi natus est, se viuere non posse arbitratur, is omnino vel ani-

R 2 mi

Mythologia.

mi vel consilii est inops; cum solis plantis natura propriam patriam traderit, ubi illas affixit. Nunc de Aeaco dicamus.

De Aeaco.

Cap. I X.

AEacus & ipse mortuorum iudex, ex Aegina Asopi filia & Ioue natus esse dicitur, quam in ignem cōuersus compressit, ut inuicit Ouidius in libro sexto maioris sui operis, in his;

Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis.

- 10 compressit enim illam in insula Aegina, quae ita ab ipsa vocata est. Fama est Aeginae colonos aliquando vniuersos morbo fuisse absumptos, ita ut solus Aeacus fuerit superstes: qui cum, ut aiunt, grauiter ferret insulae solitudinem Iouem precatus est, utpote Iouis filius, ut aliquo pacto homines repararet, cum ita inquit apud Ouid. lib. 7.

Iupiter o dixi, si te non falsa loquuntur
Ille sub amplexus Asopidos Aeginae
Nec te magne pater nostri pudet esse patrem,
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulchro.

- 10 Iupiter illius precibus commotus formicas, quae in annosa quercu & vacua vagabantur, in hoies mutauit, ut testatur idem poeta. & Hesio. in Theogonia, qui inquit;

Μῆτις δὲ θεχάλλη, πατρὶς ἀδρανὲς βῆνη
δακτύλους μὲν ποικίλ' ἰσχυρὰ τῶν ἀδελφῶν ἔθετο,
τοὺς δὲ δρας πύλον, βελούχων δ' ἰσοπέλας.
ὡς ἔτι πρῶτον ζῆλον εἶας ἀμφιλλανταί.

Solus tristis erat: hominum fator, atque Deorum,
Insula quas habuit formicas, protinus omnes
Hae homines facit, ut mas est, aut femina in illis.
Hi falsas primum sulcarunt puppibus vndas.

- 30 Tantae fuit autoritatis & exillimationis Aeacus, ut cum diuturna siccitate vniuersa Graecia laboraret, responsum sit a Pythia iis, qui Delphos ea de causa legati accesserant, placandum esse Iouem: quod facile impetrari posset, si de precatore Aeaco uterentur; qua re impetrata Ioui Panellenio templum fuit erectum, ut diximus. Huic tres filii fuisse dicuntur a duabus mulieribus Phocus a filia Nerei Psammathe, Telamon & Pelus ex Endaide filia Chironis, quos uxorem duxit, ut testatur Isacius. Nunc quid significant hi iudices perquiramus. Vbi Patres alicuius flamina expleuerint, ac mortis instat dies, tunc animus morituri hominis, uti dicebam, id futurum persagiens, vniuersam vitae suae rationem examinat: atque ad praesentiam & iudicium conscientiae, ut ita dixerim, omnia antiqua peccata renocat. Nam cum animae nostrae partim rationem dominari dicant sapientes, partim rationi illam minime obtemperare, rursus experta rationis pars in iracundiam propensa est, pars alia appetentia ducitur. Hi iudices igitur primi, siquid per iracundiam, aut per huiusmodi animi affectus perpetratum sit, aut si per appetentiam illegitimè, diiudicant. His accedit ratio ipsa pro Minoe, quae rursus si quid a prioribus iudicibus non sit discussum, aut siquid sit ambiguum, examinat.

- 40 Quare si quis se grauissima scelera aduersus sanctam Dei religionem, vel aduersus patriae incolamitatem, vel aduersus eos, quibus plurimum pro acceptis beneficiis debebat, commisisse inuenerit per iram, aut per auaritiam,

AUC